

CAPUT XXXVII.

De obitu Constantii Chlorig.

CONSTANTII Cæsaris obitum Scaliger accidisse memorat anno Christi cccvii. a. d. viii. Kal. Aug. Constantinum autem inisse viii. Kalend. Octob. anno i. Olymp. cclxxi. id est primo lustri Juliani, quod incipiebat a. d. viii. Kal. Octob. anni cccvii. secundum Constantinopolitanos. At Eusebius è regione anni tertii Olymp. cclxxi. posuit, anno quarto persecutionis: qui competit in annum Christi cccviii. quod videlicet annus cccviii. sit primus currens Constantini M. ab pag. 469. a. d. viii. Kal. Octob. anni cccvii. Hæc Scaliger capite de initio Constantini Magni, in v. de Emendat. Sed multis modis hallucinatur. Nam quartus persecutionis annus cepit anno Christi cccv. aut, ut aliis placet cccvi. Annus enim Diocletiani xix. qui primus est persecutionis, inuit anno cccii. quod supra validissime demonstravimus. & vicissim, anno ccciii. non cccvi. ut Scaliger affirmat. Itaque Constantius Chlorus anno Christi cccv. vel cccvi. mortuus sit necesse est. Plerique omnes annum cccvi. delignant, Constantio v. & Galerio Maximiano v. Coss. quibus sanctum esse Constantium docet Idatii Chronicon. Neque quemquam invenias, qui ante hunc annum aut Constantii mortem, aut Constantini primordium collocarit. Favet Eusebius in Chronico, dum anno xvi. imperii Eboraci in Britannia Constantium obiisse testatur. videlicet ab eo tempore, quo Cæsaris nomen obtinuit, qui est annus Christi cccxi. Tiberiano, & Dione Coss. ut est in Idatii Chronico. Idem Eusebius annum Abraami mcccxxii. adjungit in editione Scaligeri, cum anno ii. Olympiadis cclxxi. At Pontaci editio annum Abraami mcccxxiii. Olympiadis vero tertium. Annus mcccxxii. Eusebianus cepit autumno anni Periodi Julianæ 5018. Christi cccv. inde anno sequente, cccvi. mortuus erit Constantius, Julii xxv. ut prodit Socrates lib. i. cap. i. quod ipsum communi sententia congruit. At si anno Eusebiano mcccxxiii. obitum Constantii tribuas, mortuus erit anno Christi cccvii. ut putat Scaliger. Rursus annus primus Olymp. cclxxi. inuit anno Christi cccv. à Sossitio, vel Eusebiano more ab autumno anni ccciv. à quo & Abraami cepit annus mcccxxi. Quare rectior Euseb. Chronici putatio, ut anno Abraami mcccxxii. Olympiadis cclxxi. anno secundo Constantius obierit, uti Scaligeriana editio præbet. Socrates vero anno primo Olympiadis cclxxi. mortuum illum facit, qui est Christi cccv. Quem annum complura argumenta persuadent. Primum Aurelius Victor Schotti nostri Constantio annum imperium fuisse testatur, ex quo scilicet Diocletianus & Maximianus imperare desierunt. Est autem hic annus Christi ccciv. quo Kalendis Aprilis ambo illi purpuram deposuerunt. Ex hoc die primus annus Constantii Chlorig, & Galerii Maximiani procedit. Quorum ille tertio mense post annum expletum moritur. Ideo annum hoc vocat imperium Victor. Igitur anno Christi cccv. mortuus est. alioqui non annum imperium, sed biennii solidi putaret, si anno cccvi. tertio anno jam inchoato, è vivis excessisset. Præterea Chronicon Eusebii quarto anno persecutionis Constantii obitum, & initium Constantini vendicat. Cæpta est persecutio, uti nos supra declaravimus, anno ccciii. sub ipsum Pascha. Quartus itaque illius annus inuit à Paschali mense anni cccv. quo corrente, ejusque mense quarto mortuus est Constantius: sexto vero mense Constantinus imperium cepit. Nam si anno cccvi. istud evenisset, non quarto, sed quinto anno fuerat impetandum. Tertio Socrates anno primo Olymp. cclxxi. mortem illius assignat, qui necessario cadit in annum Christi cccv. Quarto idem ex annis imperii Constantini colligitur, quos Eusebius lib. iv. de vita Constantini cap. l.iii. duos & triginta numerat, paucis exceptis mensibus. Igitur quo anno deceffit, inchoandus erat imperii tricesimus tertius; adeoque primus illius annus

à cccv. procedit. Sed de annis Constantini proxime verba faciemus. His de causis magna mihi suspicio est, Constantium Chlorum anno Christi cccv. mortuum esse. quod tamen affirmare proflus, & adversus communem hoc tempore Chronicorum omnium, & Annalium fidem pugnare non audeamus. Itaque rem in medio relinquimus.

At Scaliger lustra nescio que Juliana commentus est, quorum in ducentesimo septuagesimo primo mortuum dicit esse Constantium. Unicum novæ illi, & inaudite conjecturæ ansam præbet Socrates, qui anno i. Olympiadis cclxxi. Constantium excessisse scribit. Hoc Scaliger de Iphiteis Olympiadibus intelligi posse non putat, qui id semel perfunctum habuit, anno Christi cccv. mortem illius contigisse. Itaque ad nova illa lustrorum commenta confugit. de quorum absurditate multa in superioribus libris diximus. Quinetiam falsò quartum persecutionis annum dicit esse Christi cccviii. ut primus anno cccv. cœperit; cum Diocletianus, & Maximianus annum jam in privata vita contrivissent. Et tamen anno xix. Diocletiani cœpta persecutio dicitur. Magna hæc est hallucinatio.

De die, quo Constantinus renunciatus est Imperator à militibus, perinde divinat Scaliger, fuisse viii. Kalend. Octobris. Nam Idatius viii. Kalend. Augusti levatum esse Constantinum scribit in Chronico. idemque sentit Onofrius.

CAPUT XXXVIII.

De initio Constantii magni, & ejus imperio.

QUÆ sit communis de Constantini Imperatoris exordio sententia, capite superiori docuimus. Nam præter unum Scaligerum, omnes ferme anno cccvi. mortuum esse Constantium, & Constantinum imperare cepisse sentiunt. Quod est nequaquam improbum, causas tamen nonnullas habemus, que dubitationem saltem injicere possint. Si quidem Constantium anno Christi cccv. deceffisse certis argumentis adstruximus: quorum illud quartum fuit, quod ex annis imperii Constantianis peritur, de quibus non planè inter Scriptores convenit. Eusebius in Chronico annos xxx. menses x. attribuit. cui consentaneus est Eutropius, qui Constantinum anno uno & tricesimo imperii mortuum esse scribit; ætatis sexto & sexagesimo. Socrates & Sozomenus imperio xxxi. annos, vitæ lxxv. Uno amplius ætati tribuit Hieronymus in Supplemento. At Eusebius lib. iv. de Vita Constantini cap. l.iii. duos & triginta annos paucis mensibus, & diebus exceptis imperasse refert, ac duplum illius temporis vixisse. Huic Victor à Schotto nostro editus aditipulatur ita scribens. Ita anno imperii tricesimo secundoque, cum totum orbem vredeum tenuisset, sexaginta natus, atque amplius duo & c. At in Epitome parum constanter imperasse refert annos triginta, vixisse tres & sexaginta. Subinde vero xxxii. annos imperio tribuit: Irrisor, inquit, potius, quam blandus. unde proverbio vulgari, Trachala, decem annis præstantissimus, duodecim sequentibus laro, decem novissimis pupillis ob profusiones immodicas, nominatus. Duos igitur & triginta annos impat. Obitus porò Constantini indubitato charactere notatur. Pentecostes in xi. Kal. Junias incurrentis, Feliciano & Titiano Coss. anno Christi cccxxvii. cyclo Luna xv. Solis x. littera B. De Pentecoste auctor est Eusebius lib. iv. de Vita Constant. cap. lxxv. De Coss. Idatius utrumque Socrates in fine lib. i. complexus est. Hoc igitur anno ex Eusebio, Victorisque mente tricesimus tertius inchoari debuit. Quare primum retro putatus in annum Christi cccv. refunditur. Panegyricus Maximiano, & Constantino Augustis ab incerto auctore dicitur indicat, Constantinum, cum in Britannia mortuo patre imperium adeptus esset, Cæsaris appellatione contentum, Augusti, & Imperatoris abstinuisse nomine, donec à Maximiano gener adscitus unà & Augustus appellaretur. quod anno altero ab obitu Constantii contigit.

Ex

Ex quo duplex initium Constantini fortasse constitutum est: quorum à primo duos & triginta prope annos imperavit: uno minis ab altero. Quamquam ut hoc affirmemus, Consulatum prius in Faltis ordo solicitandus est. Nam duo Consulatus post nonum Diocletiani, & octavum Maximiani, quo se abdicarunt, in Annalibus notantur. Fixus est autem Consulatus ille Diocletiani, & Maximiani anno Christi cccv. Unde non nisi anno cccvi. mortuus erit Constantius. Hanc nostram de Constantii morte dubitationem peritiores, quam nos sumus, antiquitatis historiarum discutient. Illud extra controversiam, & Constantini primordium perperam Scaligeri in annum Christi conjici recentissimum septimum. Cujus & alia sunt errata in Eusebianis Animadversionibus que ad Constantium, vel Constantinum attinent. Imprimis ad annum mcccxxii. scribit Constantinum ideo ex prima Constantii conjuge natum minime videri, quod prior uxor erat Minervia mater Crispi Casarii; quam dimisere coactus est, quem Theodoram privignam Herculi duxit uxorem. Perspicua est hallucinatio. Nam Minervia Constantini prior conjux fuit; ex qua natus est Crispus. eaque repudiata Faustam Maximiani filiam duxit. Item sequente Nota negat παδ' αὐτῆς, id est moribundum Constantium Chlorum à filio repertum, sed παδ' αὐτῆς, hoc est jam mortuum. Atqui nihil exploratius est, quam vivente Constantio, supervenisse Constantinum, ac maximo gaudio patris exceptum; ut Eusebius in ejus vita testatur. Cetera de Maxentio, & vicennalibus Constantini iisdem in Animadversionibus peccata sequenti capite castiganda sunt.

CAPUT XXXIX.

De Maxentio à Constantino magno devicto.

IDATIUS in Chronico, Constantino ii. & Licinio iii. Coss. victum & occisum Romæ Maxentium ad pontem Mulvium scribit. Est hic annus Christi cccxii. quod ex ætate nota, quam Idatius adscribit, intelligimus. Est enim cccii. è qua demptis xxxviii. residui sunt cccxii. Zosimus lib. ii. refert, Constantino à militibus in imperium patri substituto, ejusque Romam imagine perlata, Maxentium amulatione percitum, Prætorianorum ope militum, imperium usurpasse. Quare paullo post Constantinum, Maxentius Imperator salutat est. quod & Eutropius indicat, & Victor. Onofrius in Faltis circa vii. Kal. Octobris, imperium cepisse Maxentium asserit, Panegyricis, ut ait, auctoribus. Sed quos Panegyricos intelligat nescio. Nullus enim è Gallicanis illis Oratoribus, qui in illorum temporum Imperatores Panegyricos ediderunt, tale quicquam significat. Unus est inter illos Constantino Augusto Constantii filio dicitur, in quo prælium ab eo cum Maxentio gestum, & hujus exitum describit. In eo verò dumtaxat anni memorantur, quibus ille tyrannidem exercuit. Primum ita loquitur: Mille & sexaginta annis contractas ex toto orbe divitias monstrum illud redemptis ad civile latrocinium manibus ingesserat. Postea: Sed divina mens, & ipsius Urbis æternæ majestas nefario homini eripuerit consilium, ut ex inveterato illo corpore, ac fædissimis latebris subito prorumperet, & consumpto per desertas senio, ipsum diem natalis sui ultima sua cade signaret, ne septennarium illum numerum sacrum, & religiosum, vel inchoando violaret. † Legendum in his verbis sexennio, non senio. Nam cum Maximianus, ut refert Victor, sexagenarius obierit, Maxentius ejus filius senex esse non potuit. Ergo sex annos imperasse Maxentium, & paullo antè quam septimum inchoaret sublatum è medio, Panegyricus dicit. Victor Schotti, anno tyrannidis sexto. quemadmodum & Eusebius in Chronico scribit à Pontaco editus. Qui quidem iisdem ex illis Panegyrici verbis colligit, Maxentium ultimo sexti anni die mortuum esse. tamen non id

apertè auctor ille tradit: sed natali suo die casum fuisse. Vox tamen ultima nescio quid ejusmodi demonstrat. Quo itaque mense, mensive die Maxentius occubuerit, incertum est. § Onofrius viii. Kalend. Octobris definit. Sed auctorem nullum habet, quamvis plures citet. Illud verisimile est, haud longè postquam à militibus Imperator salutat est Constantinus, Maxentium tyrannidem arripuisse. Ex quo etiam initium ejus colligi potest. Si enim anno Christi cccxii. sextus illius annus absolutus est, & septimus inchoandus fuit; haud dubie cepit anno Christi cccvi. Unde & initium Constantini eodem anno statuendum, non, ut suspicamur, anno, cccv. Itaque anno septimo Constantini victus, & interfectus est Maxentius. At Chronicon Alexand. Theophanes, & Cedrenus id anno sexto factum volunt, quibus prævit Eusebius in Chronico, ut à Scaligero publicatus est, & in aliquot scriptis codicibus cernitur. et si non pauci, quos Pontacus secutus est, anno septimo Constantini Maxentii necem adscribant. Rursus in editione Scaligeri ad annum Abraami mcccxxvii. & Olympiadis cclxxii. annum quartum Maxentii obitus adnotatur. apud Pontacum autem anno Abraami mcccxxx. secundo Olympiadis cclxxiii. Si Maxentius ante Octobrem, unde Eusebius annos inchoat, occisus est, rectè proflus editio Scaligeri. Nam Abraami annus mcccxxvii. cepit anno Periodi Julianæ 5024. Christi cccxi. unde exeunte anno cæsus est Maxentius, anno Christi cccxii. Sic annus quartus Olympiadis cclxxii. itidem ab antecedente ceptus autumno congruit. At Pontaci descriptio tarditate peccat, ac duorum, aut trium annorum meta, equivocat.

Scaliger lib. v. de Emend. Maxentium ait anno Urbis conditæ mxx. absoluto, & ineunte mxxi. imperare cepisse, quod & Orosius memorie prodidit. Falsò id verò Scaliger. Nam corrente anno Urbis mlix. Varroniano cepit, in quem Christi cccvi. cadit. Sed & ipse pugnantia loquitur. Si enim Christi cccvii. Constantinus inuit, non utique anno Urbis mxxi. sed mxx cepit. Pergit Scaliger, & Maxentii necem illigat anno Christi cccxii. imò, inquit, anno cccxiv. si Eusebio credimus, qui illum annum comparat cum secundo Olympiadis cclxxii. quod sanè falsum est. Hoc enim contigit anno primo Olympiadis, non secundo. Nihil dici potuit absurdius. Annus primus Olympiadis cclxxii. est Iphiti mxxxv. quibus additis annis 3937. consistunt anni Periodi Julianæ 5022. qui est annus Christi cccix. Eo cæsus erit Maxentius. Atqui anno Christi cccxii. mortuum volebat. Præterea falsum est Eusebium in annum ii. Olympiadis cclxxii. contulisse, ut è superioribus patet.

Jam quod anno Christi cccxiii. necatum esse Maxentium prudens ac sciens opinatur Scaliger, id in Prolegomenis Operis de Emend. Temp. repetit, ac Baronium redarguit, qui annum cccxii. præstituit; cum Panvinius rectè cccxiii. constituat. Sed quod ad Panvinium attinet, is in Chronico anno Christi cccxii. Urbis mxxiv. Constantini septimo Maxentium occisum esse refert. In Faltis verò annum quidem Urbis adscribit eundem, sed eum cum anno Christi cclxxii. copulat. Verum in Faltis hallucinatione, vel librarii culpa mendum irrepsit. Cum enim primus annus Christi ex Onophrii mente inierit Kalend. Jan. anni Urbis dcccii. necesse est anno Urbis mxxiv. adjungi annum Christi cccxii. At rursus in annis Urbis errat Onophrius. Non enim annus Urbis mxxiv. sed mxxv. ad annum Christi cccxii. pertinet. Onophrius autem uno expuncto Consulatu, annorum Urbis seriem depravat, à Probi temporibus, ut nos supra declaravimus. In Animadvers. Eusebianis perinde anno cccxiii. Maxentium perisse docet. Sed omnibus illis argumentis resellitur, quibus partim initium Constantini adstruximus anno Christi cccvi. partim hoc ipso capite Maxentii obitum conferendum esse demonstravimus in annum cccxii. Quinetiam Operati locus ille quem producit,

B b 3

Hallucinato Scaligeri pag. 475

Scaligeri hallucinatio altera.

Sanè Theodoram Lætor Colloc. a. refert Constantinum annos xxxi. menses x. imperasse; unde consequens est anno cccv. cœpisse.

Hoc ipsum docet Eumenius Paneg. Constantini, pag. 94. Imperator transiitum facturum in culum vidit quem relinquitur heredem. Petavus.

† Sic Panegyricus Nazarii Constantino dicitur pag. 80. §. 12. non quidquid mali sexennio toto dominatio ferulis inflixerat, &c. Petavus.

§ Nazarius pag. 79. ait caput Maxentii, postquam Romæ traductum est, in Africam missum: Et nondum satis tempore mari, adjuvantiam navi navigantibus felices aura. Ergo circa veris initium, ut proinde hinc, nec desinente mortuus sit. Idem.

ducit, evidenter ejus errorem coarguit. Si quidem Constantino III. & Licinio III. Coel. Constantinus à Donatistis contra Cæcilianum interpellatus Romam eos ad Episcopale judicium convenire iussit, ut Augustin. in Epist. lxxviii. ex Actis refert. Conveniunt, ait Optatus, in domum Faustæ in Laterano, Constantino III. Cof. vi. Non Octob. die, sexta feria. Annus quo Consules isti fuerunt, est Christi cccxiiii. cyclo Solis xiv. littera D. Si igitur anno Christi cccxiiii. Septembri circiter exeunte victus est Maxentius, quomodo Constantinus missis ad se Donatistarum libellis ab Anulino Proconsule Aphricæ datis xvii. Kal. Maias Carthagine, Constantino III. Cof. ut ex actis tradit Augustinus, Romam illos evocare potuit, quam nondum obtinebat; cum in ea dirissimus adhuc Christiani nominis hostis Maxentius tyrannidem exercebat? Nihil igitur certius est, quam rectissime Baronium anno Christi cccxi. Maxentii necem tribuere; maximo verò Scaligerum in errore versari, qui annum xiiii. affirmet. Neque verò Constantino IV. Licinio III. Cof. sed utroque III. in emendatis codicibus apud Optatum legitur.

Qui Maxentianæ cladis ac necis historiam posteris tradiderunt, Eusebius lib. I. de vita Constant. cap. xxxvi. Zosimus lib. II. & Theophanes, scribunt Maxentium pontem è scaphis supra Tiberim struxisse, qui revulsis sibus, quibus in medio vincus erat, solveretur. Victum porò Maxentium cum per eumdem pontem trepidus ad Urbem fugeret, ruina illius oppressum, & cum equo demersum. At Eusebius in Chron. Victor, Orosius, & alii juxta pontem Mulvium dumtaxat occisum ajunt. Scalger ad Eusebium non juxta pontem, sed in ipso ponte Mulvio, ejuşque ruina occidisse putat, errorem manifesto cui et alter accedit, quod Lactantium dicit lib. I. cap. xxi. de hac re loquentem pontem Mulvium malè confundere cum Sublicio. At qui Lactantius de hac historia verbum ibi nullum.

DE INDICTIIONE CONSTANTINIANA.

CAPUT XL.

Scaligeri de Indictione sententia declaratur, & convincitur, nec non Chronici Alexandrini, Georgii Monachi, & aliorum errata redarguntur.

I. INDICTIUM originem Scaliger ab editione ludicrorum Panegyricorum, & spectaculorum quinquennialium, decennialium, & vicennialium arcescit in quinto de Emend. Temp. Etenim Græci Πεντήμηνην vocant Indictionem. at illa vox largitionem significat: cujusmodi sunt δωρεαί, & encænia Imperatorum. Porro Imperatores celebraturi quinquennalia, pensiones, tributa, & residua debitorum aut tollabant, aut laxabant. que iuxta numi per L. vel A. exprimere solent. Cum igitur Constantinus imperium exorsus sit anno Christi cccvii. ejus quinquennalia congruat anno cccxi. Idem anno cccxvii. Vicennalia dedit. A Quinquennialibus ad Vicennalia, anni xv. solidi. Hinc mos cæptus putari tempora per trina Quinquennalia, sive per Indictiones, & totum tempus Indictio vocatur, & ejus initium ex a. d. vi. 11. Kalend. Octobris. Hæc in lib. v. de Emend. quæ & in Prolegomenis repetuntur.

II. In Eusebianis autem Animadversionibus, & Ifagogicis Canon. cum eadem illa de Indictionum origine traduntur, tum nova quedam adjiciuntur. In Animadversionibus enim, ad annum mccccxix. Indictionem facit duplicem; alteram Cæsarïanã, in qua ad Indictionem primam Constantinianam intersunt anni cccxi. hoc est Indictionum cycli xxii. alteram Constantinianam. De priorè apertius loquitur in lib. III. Ifag. Can. cap. II. Omnitium, inquit, que in usum recepta sunt, temporum circulum venustissima est Indictio Antiochena, xlviii. annis ante initium annorum Christi Dionysianorum, anno Periodi Julianæ 4666. unde consurgit Antiochena epocha, qui est χηματαριός τὸ Ἀνοχέας, que est

\* In vi. Synodo Act. 13. legitur κατὰ τὸν Ἰνδικτιῶνα τὸν πένταμήνην. Ita mos erat scribere. Petavius.

runt, significari dixerat; idemmodò Indictiones, que sunt solida quinquennia, putat exprimi. Sed neutrum probat.

Chronicon Alexandrinum, quod ab anno primo Monarchiæ Cæsarï Indictiones incipit, nihilo magis audiendum est: ejus est perplexa, & mendosa temporum ratio, & à seipsa discrepans. Postquam enim initium Julii Cæsarï cum anno primo Cleopatrar, & Olympiadis cxxxii. anno primo copulavit, Cof. Caleno, & Vatino, & quinque Consulatus percensuit, quorum quartus est Julii Cæsarï IV. solius; quintus, Panfæ, & Hirtii, subjicit ista: τῷ ἔτει τῆς Κλεοπάρας πέντε τῆς Ἰνδικτιῶνος. Mox Romanam Rempub. à Cof. administratam esse dicit per annos cccxciiii. usque ad annum v. Cleopatrar, & primum C. Julii Cæsarï, & Cof. Hirtium, ac Panfam. Sed postea Hirtio & Panfæ Consules subjicit Lepidum & Plancum, à quibus primum annum Monarchiæ Cæsarï incipit, adscribitque ἈΡΧΗ ἸΝΔΙΚΤΙΩΝΟΣ. Indictiones à primo anno C. Julii Cæsarï, & Cof. Lepido atque Plano, sive xii. Artemisii, hoc est Maii inchoari scribit. Ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς Ἰνδικτιῶνος. & τῶν πενήνητων ἀπὸ τῶν Ἀπρίων, ἡ Παύλου ἤρας ἴσ. ἡ αὐτοῦ ἡ ἑρμαιοῦ μηνός; Ἀνοχέος τῆς αὐτοῦ χρόνος ἀραβησῶν; ἡ αὐτῆς Ἰνδικτιῶνος; ἀραβησῶν ἡμέρας δὲ πέντε τῆς Ἰνδικτιῶνος μηνός.

A primo anno C. Julii Cæsarï, & Lepido, & Plano Cof. sive à xii. Maii, Antiocheni suam æram auspiciantur. Indictiones autem numerari cæpta à primo die Septembris. Ibi Scaliger pro ἤρας ἴσ. corrigi, ἰνδικτιῶν ἴσ. Malè id quidem. Nam à xii. Maii Antiochenam æram putari censet. Sed nec Indictionem à Maio mense procedere vult; imò verò à Septembri. Ceterum verba illa Chronici nugis & hallucinationibus referta sunt. Julium Cæsarë quatuor Consulatus ante Cof. Hirtium & Panfam, & antequam Dictator esset, obiisse scribit. Deinde IV. annos, menses VII. ejus Monarchiæ tribuit, à Consulatu Lepidi atque Planci. Foedissima est ista colluvies. Quartus Cæsarï Consulatus cadit in annum primum Julianum, Urbis dccx. ipse in v. Consulatu mortuus est, in quo anni IV. Monarchiæ cum mensibus aliquot desinunt, quorum initium est à Consulatu II. anno Urbis dccvi. Porro Lepidi atque Planci Consulatus convenit in annum Urbis dccxii. qui tertius est à morte Julii Cæsarï, qui est U. C. dccviii. Hirtii verò atque Panfæ Consulatus, quem proximum facit Chronicon ante primum annum Monarchiæ, & Dictaturæ, primus est post Cæsarï necem. Quocirca dum anno primo Monarchiæ Cæsarï Indictionem primam cæpisse refert, hoc ad annum Urbis dccv. pertinet, Claudio Marcello, Corn. Lentulo Cof. quo primum Cæsar Dictator est factus. anno Periodi Julianæ 4665. Hoc enim anno à Septembri Indictio I. ἀραβησῶν incipit. Quare anno sequenti 4666. urbis in eunte dccvi. eadem erat in cursu; uti Chronicon significat. qui & Monarchiam Cæsarï imprudens ab anno illo deducit, labente, non in eunte Indictione prima.

Maximus Monachus in Computo Indictionem ait cæpisse anno Augusti secundo, quem mundi putat 5460. qui divinus per xv. dat Indictionem xv. at Augustus primam illam esse iussit. Nos in lib. primo Tomi hujus, totius operis IX. demonstravimus annum 6133. ab Orbe condito ex Maximi regulis, inisse ab autumno anni Christi 640. Periodi Julianæ 5353. Igitur annus Maximii 5460. cæpit ab Autumno anni Periodi Julianæ 4680. Juliano xli. quo Indictio xv. in utroque computo currebat. Sed Augustum Maximum putat pro Indictio xv. primam numerasse. Itaque convenit Augusti secundus annus in annum sequentem, Julianum xlii. Indictione I. Urbis condite dccxii.

Maximum sequitur Georgius Monachus, ut in veteri codice D. Leuillæ legitimus, ejus hæc verba sunt: τὸ ἔτος τῆς Ἰνδικτιῶνος δ' ἴσ. ἐν τῷ ἔτει τῆς Ἰνδικτιῶνος τῆς αὐτῆς, ἢ τῆς πένταρης ἡμέρας, ἡς ἡμερῶν τῆς μακαρίας Μαξίμου ἐν τῷ ἔτει τῆς Πάλας λόγος. Anno mundi mcdlxx. secundus Augusti annus expletus est, inique tertius; quo & Indictio ab eodem decreta; ut auctor est B. Maximus libro de Paschate. Subjicit, eo ipso anno Ciceronem interfere-

Chronici Alexand. cap. v. pag. 456.

pag. 446.

Maximi Monachi ena.

Georgii Monachi ena.

rum esse. Vides ἀραβησῶν. Augusti secundum annum eam appellavit, qui Julii Cæsarï primus, aut secundus magis numerari debuit; & in hoc ipso nimium quantum hallucinavit. Ad hanc porò sententiam de Indictione Augusti nata temporibus, frivola illanominis originatio referri potest; quam Constantinus Porphyrogeneta, Cedrenus, alique recentiores Græculi tradiderunt. ut Ἰνδικτιῶν dicta sit, tamquam Ἰνδικτιῶν ab Actio promontorio, & Octavii Cæsarï victoria, quam anno xv. imperii sui consecutus est; unde & Indictiones ortæ. Ita Cedrenus. atque hoc pacto primus Augusti conveniet in annum urbis dccix. quem & Marcellinus in Chronico præfinit, Indict. xiv. Basilisco & Armato Cof.

CAPUT XLI.

De Indictione quid à veteribus traditum compertumque sit; exponitur.

CHRONICON Alexandrinum, sive Fasti Siculi, ad Cæsarum primum Olympiadis cclxxi. Cof. Constantino Augusto III. & Licinio II. (Cof. Constantino Augusto II.) hæc adscribit verba Ἰνδικτιῶνος Κωνσταντινῶν ἐπιπέδου ἀρχῆς. Indictionum Constantinianarum hic sumitur initium. Quare cum auctoridem ad pag. 446. annum primum Julii Cæsarï adnotaverit Ἀρχῆ Ἰνδικτιῶνος; perspicuum est, primam Indictionem originem ab illo constitui in anno primo Julii Cæsarï; Constantinianarum verò caput in anno Christi cccxi. quo Cof. fuere Constantinus, & Licinius II. Quò illud pertinet à Baronio, & Scaligero notatum, Indictiones ab illis Imperatoribus nomen esse sortitas, quorum temporibus inchoatæ sunt. Sic Valentianæ Indictio lib. xi. Cod. Theodosiani. Verum soli, inquit Scaliger, Constantianæ Indictioni datum est, ut Fastos signaret. Idem porò in Animadvers. Eusebianis, & in Ifag. Can. Alexandrini Chronici sententia subseripsit, & Indictiones à Julii Cæsarï monarchia, atque ab Antiochena epocha revera cæpisse putat; quod merito in Annalibus Baronius refellit. Neque enim Scriptor ullus, qui quidem primis à Christo sæculis tribus existerit, Christianus, vel ethnicus Indictionis usquam meminuit. Primum è recentioribus Onuphrius, cum se ad inquirendam Indictionis causam, & originem vehementius intendisset, animadvertit Constantino primum imperante Indictiones in usum hominum lucemque prodidisse: quarum caput anno illi tribuit, qui Cof. habuit Constantinum II. & Licinium II. qui est revera Christi cccxi. licet eum cccxii. in Fastis numeret; de quo postea. Hanc Onuphrii sententiam ceteri deinde magno consensu ad hoc usque tempus amplexi sunt, Alexandrini, uti diximus, Chronici testimonio comprobant. tamen nemo traditam ab Onuphrio originis illius historiam approbarit, qui Indictionem quasi indicationem appellari censuit ab eo Crucis indicio, quod in aère Constantino M. paulò ante Maxentianum prælium, divinitus editum est. Hæc, inquam, opinione repudiata, nemo non ortas Indictiones anno illo, quem diximus, Christi cccxi. perfusum habet.

Id ut hoc anno potissimam crederetur esse factum, unius Chronici auctoritas impedit. Neque enim vetustior alter, quod sciam, Constantini tempore, atque anno illo debellati Maxentii, Indictiones cæpisse memoriæ prodidit. Onuphrius Chyrium Fortunatum Aphrum laudat, auctorem, si verum dicit, antiquissimum. Hunc enim illum ipsum putat esse, cujus Hieronymus in viris Illustribus meminit, Aquileiensem Episcopum; à quo Indictionis investigandæ methodus tradita sit. Sed ego Scriptorem illum hætenus non vidi. Existat inter Latinos Rhetores Curi Fortunatiani Consulti tripartitum Opus de Rhetorica. Verum nusquam Indictionis ille meminit. Athanasius libro de Synodis, Arianorum conventiculum per Encæniorum tempus Antiochiæ factum incidisse dicit \* Cof. Marcellino, & Probino, Indictione XIV. Quæ nota, nisi inserta postea sit, omnium videri potest antiquissima. Sed

\* Addebat Petavius in suo exemplari: anno Christi cccxii.

Sed merito mihi suspecta videtur, ut & illa Romano Concilio sub Julio Papa celebrato præfixa Indictionis sextæ: quæ & aliqui vitiosa est.

Post hæc recensendus Ambrosius, qui anno Christi cccclxxvi. exente scribens ad Episcopos Æmilie de mense Paschali ita loquitur. Hic autem mensis & primus est secundam Ægyptiorum proveniens, & primus est secundam legem, & octavus est secundam consuetudinem nostram. Indictio enim Septembri mense incipit. Onuphrius in Concilio Nicæno Indictiones putat inventas; & in Olympiadum locum dinumerandis temporibus sublittas, cum eas Constantinus abrogasset. Cujus in rei fidem Nicænum canonem producit; quo præcipitur, ut singulis Episcoporum diplomatum anni, menses, dies, & quæ sit Indictio addatur. Sed canon ejusmodi nullus est Nicænus. Verum quocumque demum anno Indictioni datum sit initium, illud extra controversiam est, sic eas putandas, ac tali annorum ordine percurrendas esse, sit & decimus quintus quisque post annum Christi cccxvi. Indictione prima notetur à Septembri; à Januariæ vero decimus sextus; & si in anteriora tempora præterita referantur, anno illi, qui proximè Christianam æram præcessit, quarta à Septembri mense tribuatur Indictio, à qua & annus Christi primus orditur. Ideoque illo ipso, quem nominavimus, anno cccxi. prima Indictio inii à Septembri. In hunc enim Consulatut ille Constantini, & Licinii secundus incidit, nec non Constantini de Maxentio victoria, ut rectè in Chronico observat Onuphrius, quem proinde mirum est in Fastis anno Christi cccclxxi. Indictionis initium, & Maxentii necem illegasse. Neque enim ex eo potest excusari, quòd Natalem Christi, æràmque communem uno anticiparit anno. (Natum enim posuit Christum Augusto xlii. & Silvano Coss. anno Juliano xlv. & primus à Natali numerare coepit anno Juliano xlv.) Nam etsi Fastos suos ita digesserit, uno tamen, ut suo loco declaratum est, expuncto Consulatut, cum æra communi circa Probi tempora rediit in gratiam. Unde Consulatut i. Constantini, ac Licinii in annum Christi cccclxxi. non minus Onuphrianum, quam Dionysianum competere debet. Melius itaque Chronicon Onuphrii hæc ex parte procedit, quam ejusdem Fasti.

Quod enim Indictionum series ita postulet, ut in annum, exempli causâ, Christi cccclxxi. à Septembri competat Indictio i. siue 7 octobris, si quidem nondum Indictiones ortæ fuerant: siue respiciat, si ab illo anno deductæ sunt; pluribus argumentis, & exemplis licet ostendere. velut ex Actis Calchedonensibus, aliorumque deinceps Conciliorum; ex Dionysii Exigui cyclis; è Marcellino; Chronico Alexandrino; Theophane, & infinitis aliis. ante omnia verò id ex Theodosiano Codice, lib. xi. Tit. xxviii. de Indulgentiis debitorum, demonstrari potest. L. ix. Theodosius Junior Constantio & Constante Coss. id est anno Christi cccclxxiv. sic edicit v. Eid. Apr. Per omnes provincias Orientis ex Indictione undecima Valentiana, in quintam usque nuper transactam Indictionem, annorum scilicet quadraginta, id est Consulatut Duorum Valentianorum, & Valentis iterum Augustorum, usque ad Consulatut invictissimi Honorii patris mei septies, & meum iterum, &c. Anno illo, quo Valentianus, & Valens ii. Coss. fuerunt, Indictionem fuisse dicit xi. Est hic annus Christi cccclxxiii. quo revera Indictio undecima in cursu fuit, ab antecedente Septembri anni cccclxxii. Ab eodem verò quadragesimus annus est Christi cccclxxii. Coss. Honorio vii. Theodosio ii. cui Indictionem v. tribuit, quod & ratio exigit. Idem docet & Lex sequens x. Ex quo mendum apparet irrepisse in Legem viii. in qua Honorius ita rescribit. Navicularis intra Africam ex quadraginta Indictione Consulatut Valentianiani Augusti i. i. & Eutropii U. C. usque ad Indictionem quartam Consulatut nostri septies, & Theodosii iterum, omnia reliqua indulgemus. Dat. i. i. Non. April. Indictionem ecce iv. affingit anno, quo Coss. fuerunt Honorius vii. Theodosius ii. cum in aliis legibus quinta numeretur. Similiter anno, quo Coss. erant Valentianus i. i. & Eutropius, xv. fuit Indictio, anno videlicet Christi

cccclxxvii. Malè igitur xiv. concipitur. Hæc vulgarum labes editionum ab Onuphrio, qui leges illas citat, nequaquam animadvertæ fuit. Quin & Scaliger lib. v. de Emend. longè vitiosius Indictionem xlii. scripsit. Justinianus Imp. ad Mennam Præf. Præf. de Codice suo confirmando scribens, annum illum, qui Decii U. C. Consulatut notatur, esseque Christi dxxix. Indictionem habere vii. dicit, Aprilis mense. quod & verum est. Quocirca cum anno Christi cccclxxii. Indictio xi. tribuitur, & anno cccclxxii. Indictio v. & anno dxxix. Aprilis mense, Indictio vii. in cursu fuerint; Indictiones autem à Septembri ineant, ut ex Ambrosio doctumus, consequens est, si annos retexamus, Indictionem i. anno Christi cccclxxii. cepisse.

Diximus de anno, nunc de die disputandum est, à quo Indictionum caput accessit solebat. Beda lib. de Temp. rat. cap. xvi. Incipiunt, inquit, Indictiones ab vii. Kalendas Octobris, ibidemque terminantur. Atqui Bedæ sæculo Græci à Kalendis ipsis Septembris Indictiones orti sunt, & diu ante Bedam. Scaliger ab vii. Kalend. Octobris ad Kalend. Septembris retrahendum illarum exordium putat Justiniani tempore. Verum ante Justinianum id jam in usu fuisse demonstrat L. ult. Tit. xvi. lib. x. Cod. Just. ubi Anastasius Imperator totum Septembrem novæ Indictioni eximit. Imò verò ex Actis Calchedonensibus Concilii, Theodosii Junioris tempore, à Kalend. Septembris cæptas Indictiones esse colligi videtur. Nam Actione ix. in Actis Iba Edefensi Episcopi, post Consulatut Flavii Zenonis, & Postumiani, die v. Kalend. Martii, Indictio i. correbat. Hic est annus Christi cccclxxviii. quo revera prima fuit Indictio. Eodem anno, Kalendis Septembris numeratur Indictio ii. in Actione x. Igitur Indictionis caput est à Kalend. Septembris. Si verum esset, quod in Ifag. Can. affirmat Scaliger, Antiochensem Indictionem Maio mense cæpsisse, dici poterat in Actis illis, quæ Beryti in Syria cæpta sunt, Indictionem Antiochenam usurpatam fuisse. Sed verè ut conjectura sit illa probabilis. Nam de æra Antiochena testatur id quidem Chronicon Alexandrinum: de Indictione non item: quam à Kalend. Septembris ibidem computari docet. Quòd si Indictionem indidem, unde Antiochena æra cæpit, id est à Maio inchoatam esse velimus, & ab eo anno procedere, cui initium 5 xpm annis Chronicon Alexandrinum tribuit, quoniam annus idem ille Urbis est dcccvi. Periodi Julianæ 4666. ut suo loco probatum est; fatendum erit Indictionem Antiochenam nono mense post initium Constantinopolitanæ cæpsisse. Nam si Indictionem hanc perpetuò singulam observatam fuisse, primus ejus annus inierit oportet anno Periodi Julianæ 4665. Proinde anno illo Christi cccclxxix. quo prima Indictio Constantinopolitana correbat ab antecedente Septembri inita; & secunda Indictio Septembri sequente successit, Antiochenis Indictio non secunda à Maio principium sumere debuit; sed prima. Itaque observatio illa Indictionis Antiochene à Maio proficiscens ad illum Calchedonensem Actorum locum nequaquam congruit. maxime, cum, uti dictum est, Chronicon ipsum, à quo Indictionis istius manavit opinio, non dixerit Indictionem à Maio cæpsisse; sed contrarium potius indicaverit. Nam cum animadvertisset, à primo anno Julii Cæsaris, & à xxi. die Artemisii, id est Maii, Antiochenos æram suam auspiciari; subjungit: 3i ai Pvdixoi 5 xpm arizem npsanv dxi ntrvns 3i ariv 3i Topoiais unvov, Indictiones porrò numerari cæpta à prima die Gorpiaiemensis, id est Septembris.

Quæ cum ita sint; haud adèò compertum est, quomodo tempore putari cæpta sit Indictio à Kalend. Septembris & utrum prius ab vii. Kalend. Octobris quod Bedæ placet, inierit, quam à Kalendis; an potius à Kalend. ipsis antè cæperit; tum apud nonnullos populos in vii. Kalend. Octobris conjectum sit illius initium. Triplex porrò distingui vulgò solet Indictio; Constantinopolitana quæ à Kalend. Septembris incipit; Cæsarea, quæ ab vii. Kalend. Octobris. Pontificia, siue Romana; quæ à Kalend. Januarii sequentibus progreditur. Harum secundam Constantinianam etiam appellant.

\* Sic Paulus Diaconus Lib. ii. De Gestis Langobardorum Cap. xxy. Pexavim.

appellant. Sed utrum Constantini sæculo à xxiv. Sept. inchoata sit Indictio, nondum satis idonea nobis argumenta suppetunt. Dionysius Exiguus, ut quidem existimat Beda, Indictionis caput non à Septembri, sed à Januariæ sequente, vel Martio, repetere videtur, cum tamen contrarium Beda profiteatur. Hujus enim verba sunt cap. xlvii. libri de rat. Temp. cum Indictionis inventiendæ methodum præscribit: Sume annos ab Incarnatione Domini, quotquot fuerunt in præsentibus verbis grati dcccxxv. adde semper tria; quia quarta Indictio secundum Dionysium natus est Dominus. Idem & alibi repetit. Igitur si Indictione iv. natus est Christus, utque anno illo, qui æram Dionysianam præcedit, exeunte natus est, cyclo Lunæ i. anno Juliano xlv. qui communi usque præfixus est Natali Domini. Huic enim à Januariis Kalend. Indictio tertia; à Septembri, quarta competit. Atqui Dionysium voluit Christum natum post ulsive cyclo Lunæ ii. quo anno epactæ fuere xi. decima quarta Luna vii. Kalend. Aprilis Pascha vi. Kalend. Aprilis ut ipsemet Beda testatur cap. xlv. Hic est annus ære Dionysianæ ii. ut & Circuli ipsi Dionysiani demonstrant: cuius majorem partem, id est octo primos menses occupavit indictio iv. reliquos quatuor quinta indictio sibi vendicavit. Quare Dionysius Indictionem à Kalend. Jan. aut à xxv. Martii, qui dies Incarnationi dicatus est, inchoavit. quemadmodum & Casiodorus, qui annis ab Incarnatione numeratis, perpetua methodo tria jubet adjungi ad Indictionem habendam.

Postremo quod ad vocabuli originem pertinet, quibus de causis nescio si illa Indictio nominata sit, vel potius quidam Indictionum, siue totidem annorum orbis institutus; nondum hæctenus exploratum fuit; tamen magno ad eam rem indagandam studio eruditi homines incubuerunt. Illud constat, Indictiones nihil aliud esse, quam annonas & tributa; quorum canon quodammodo indicabatur, cui media vetulatis auctores ridiculam nescio quam fabulam adperserunt; dum primo lustro indictum auri tributum; sequente autem argentum: ac denique tertio exactum asserunt, atque hoc modo redeuntibus in orbem tribus illius stipendiorum generibus, Indictiones evolutas. Meminit hujus commenti præter alios S. Eligius Noviomensis Episcopus Sermone ii. Sed ommissis fabulis, cur quinquenario numero circumscriptus sit orbis ille pensationum, id verò nescimus. Quod enim omnium, quæ ad hanc diem excogitata sunt, probabile maxime judicatur; ex eo quòd Constantinus militaria stipendia ad xv. annos redegerit, quæ xvi. antea taxata fuerant, inde totidem annos in periodum esse conjectos; id propterea minus est firmum, quòd auctorem illum fuisse contrahendi stipendii militaris, & ad xv. annos revocandi, neque veteribus illis monumentis probatur; neque magnum ex unius anni deductione compendium ad milites rediturum fuisse videtur.

Non præmittenda est hoc loco Novæ Chronologia de origine Indictionum sententia. quæ ab anno Christi secundum communes Fastos decimo tertio, re autem vera decimo octavo, repetitas illa esse concipit. Etenim anno Christi xxi. qui est Julianus lviii. L. Munatio, & C. Silio Coss. censiosem illam, ac prædiorum descriptionem, quam in Palæstina Quirinius instituit, post Archelai relegationem, accidisse sentit: qui annus à Constantinopolitanis triennio Christi natalem antevertentibus decimus sextus putatur, idemque primus ab eadem Novæ Chronologia statuitur imperii liberii. Cum igitur Patres quidam Constantinopolitanum calculum secuti, tribus ante vulgarem epocham annis natum esse Christum existimarent, quo tempore adhuc Herodes vivebat: at aliunde scirent censiosem à Quirino factæ tempore id ipsum evenisse, quæ ab Natali Christi, quem fixerant, decimo sexto anno celebrata fuisset; unde nonnulli natalem ipsum Domini ab hoc anno repetendum esse judicaverunt: ceteri, ne alterutri sententiæ præjudicarent, novam quandam numerandorum temporum rationem excogitaverunt per annos xv. quæ cum revera ab Incarnatione Christi consurgeret, non minus tamen alteri Evangelicæ traditioni congrueret.

Hæc nova, & hæctenus inaudita conjectura, quæ auctori valdè probatur, falsis principii innixa coherere nullo modo potest. Id enim minime verum est, descriptionem illam à Quirino factam anno Christi xli. Pars II.

contigisse: uti cap. lvi. libri hujus, sub finem ostendimus. Nam quæ anno isto, Dione teste, ab Augusto suscepta est, exitum non habuit, & eodem serè tempore desit, cum ad priorem tributum rationem sponte omnes redierunt.

De anticipatione trienni in Constantinopolitanis ratiociniis quid dicendum sit ex lib. ix. cap. lvi. colliges. Nam paucissimi è Græcis, qui Natalem annum Domini supra 5500. annos extendunt, alium, quam 5509. ortui ejus præstituunt. Alexandrinum quidem Chronicon, annum 5507. ceteri eundem cum vulgari, atque nostro; qui est, ut ibidem demonstravimus, Græci computi 5509. annus. Ad hæc æra ista, quam nominat, Græcorum trium est postrema, longèque post usum Indictionum reperta; uti cap. iv. ejusdem libri docuimus. Non potuit igitur ab ea Indictionum origo proficisci. Sed vide omnino quæ sunt illic à nobis de triplici Græcorum computo accuratissime tradita.

CAPUT XLII.

De Constantini M. ac Licinii bellis, & hujus clad. que suis temporibus aptantur. Codex Theodosianus castigatur.

SI nulla pars est historiz in Chronologia nostra constituta, & ab errore purgata; hæc ipsa profecto est, quæ Constantini & Licinii bella continet. quæ in vulgatis Annalibus & Chronicis perturbatissime digeruntur. Quatuor insignia Licinium inter & Constantinum prælia fuerunt. Primum enim bis pugnatum est antequam in concordiam redirent. Semel ad Cibalem oppidum Pannoniæ: deinde in campo Mardensii, qui in Thracia est, ut ex Zosimo colligitur. Postea certis conditionibus inter ambos pax & concordia redintegrata est. Qua post annos aliquot denuò soluta, bis conflixerunt. primò ad urbem Hadrinopolim in Thracia: tùm ad Calchedonem: ut de navali prælio, quod interjectum fuit, nihil dicam. Annales Ecclesiastici priora duo certamina in annum Christi cccxvii. conferunt. posteriora totidem in sequentem: ita ut anno cccxviii. Constantinus cum Licinio debellaverit, & quidem anni ipsius exordio. Verum ex Idatii Fastis, Aurelio Victore, Eusebio, & aliis longè fecus rem habuisse constat. Nam ultima Licinii clades undecimo à priore anno contigit apud Idatium. Si quidem Volusiano ii. & Anniano Coss. Cibalense prælium ponitur viii. Idus Octobris. Hadrinopolitanum, & Calchedonense Crispo iii. & Constantino iiii. Aurelius Victor à Schotto primum editus post Licinii, & Constantiæ nuptias triennium quievisse ambos Imperatores refert. tum inter se gessisse bellum: ac deinde composita pace, Cæsares fecisse tres, Crispum, Constantinum, Licinianum: quo tempore Solis defectio prælagium haud diuturnæ concordie fuit. Sexennio post rupta pace rursus in Thracia pugnabant. Hæc Victor. Eusebius in Chron. Cibalense prælium assignat anno Constantini vii. Licinii verò perfectionem anno ejusdem xiv. necem verò, quæ proximo ab eo quo victus est anno contigit, tribuit Constantini xvii. Ergo decimo circiter anno à Cibalensi conflictu posteriora prælia contigerunt. Ex his communis illa Chroniconum, & Annalium labes agnoscitur, in quibus posteriora duo certamina proximo à prioribus anno collocantur.

Idatius, uti dictum est, Cibalense prælium refert ad Coss. Volusianum ii. & Annianum. Sed id anno sequente potius evenisse inde concludimus, quòd lib. vi. Cod. Theod. Tit. xxxv. lex prima edita legitur iisdem Coss. Treveris, iv. Kal. Nov. Atqui prælium ipsum viii. Id. Oct. commissum à quo tempore Constantinus deinceps in Thracia, & finitimis locis continuò fuit. certè Octobri mense in Gallis esse non potuit. Proinde nos Cibalense certamen contulimus in annum Christi cccxv. Constantino iv. & Licinio iv. Coss. Post hæc levatæ sunt Cæsares tres, ait Idatius, Gallicano, & Basso Coss. Kalendis Martii. Nec obstat, quòd Paganus Nazarii annum decimum-quintum Constantini cum quinquennialibus Cæsarem conjungit:

at annus xv. Constantini absolutus est anno Christi cccxxi. quo quartus Casarum desit. Etenim quinquennialia, decennialia, & id genus alia nonnumquam in eunte anno quinto, decimo, &c. aliis exeunte, ac vertente celebrata sunt. Ita Constantinus vicennialia Nicomedie dedit, post Nicænum Concilium anno Christi cccxxv. quo annus xx. inii. Romæ vero, sequenti, quoxx. abfolutus est. Itaque credibile est quinquennialia Constantini anno ipsius xv. jam affecto, cum quinquennialibus in eunte anni v. Casarum in Galliis celebrata fuisse. Igitur anno Christi cccxxvi. Casares illi facti sunt. quo etiam anno Sol defecit Decembris xx. hora diei ix. circiter. quod tempus notatum est ab Idatio. tametsi deliquit illud tribuat anno sequenti, Coss. Licinio v. & Crispo Coss. Quid si anni principium à Septembri, & Indictionis initio sumperit Idatius, ac Consules eos quibuslibet annis assignarit, qui jam in cursu erant à Septembri? Id enim probabile est. ex eoque constabit cur eclipsin illam Solis non antecedentibus Coss. sed consequentibus subjecerit. Post creatos Casares sexennio fere cessatum est ab armis usque ad annum cccxxxi. quo bellum recrudescere cepit, quod sequente anno patratum est. Quæ omnia in Chronico nostro accuratè digestimus. Superest nodus, quem haud ita promptum est solvere. L. i. Cod. Theod. de Veteranis Constantinus iv. Eid. Aprilis. Licinio v. & Crispo Casare Coss. sanctionem edidit in gratiam Veteranorum, qui ex die quinta Nonarum Juliarum, cum prima per Thraciam victoria universo orbi inluxit, & qui postea apud Nicomediam missionem meruerunt. Consules isti conveniunt in annum Christi cccxxvii. qui quartus est à pugna Cibalensi. At nondum per id tempus Nicomedia potiebatur Constantinus. Hanc enim profligatis Licinii copiis anno demum cccxxiv. in potestatem habuit. Deinde cur primam vocat Thraciam illam victoriam, quandoquidem ultima potius dicenda fuit, si anno cccxxviii. legem illam tulit? Nam altera post ipsam hætenus nulla contigerat. Quocirca falso subscriptos illos esse Coss. apparet: ac non ante annum cccxxiv. & ultimam victoriam, legem illam à Constantino sancitam esse. Dubitationem penè omnem Idatius eximit; qui secundam in Thracia pugnam v. Non. Jul. accidisse scribit, Coss. Crispo & Constantino Coss. iiii. anno cccxxiv. At si ipse dies Thraciæ victoriæ Constantini lege notatus est.

CAPUT XLIII.

De anno concessus Nicæni. Resellitur eorum sententia, qui triennio durasse putant, ut Scaligeri: cujus & errata quadam alia notantur. De morte Crispi. Eusebii Chronicon recensetur.

MIRA persuasio Scriptorum quorundam, qui ante centum fere annos exsultiterunt, Nicænum Concilium anno Christi cccxxii. celebratum fuisse. Hanc præcipui quidam rei Computificæ magistri, docti ceteroquin amplexi sunt; Paulus Forosempronienfis Episcopus lib. iiii. & iv. Partis i. Joannes Stæflerus in Calendario, Propof. xxxiv. Joannes Lucidus. Movit illos ad ita sentiendum opportunitas aurei numeri, vel cycli lunaris: quod anno cccxxiii. aureus numerus i. incidit. Cum igitur numerorum aureorum methodum à Nicæna Synodo constitutam, & ad Christianum Pascha translata vulgò putarent, unâ illud arbitrati sunt, statim post dimissam Synodum, eo, qui proximè consecutus est, anno usurpatam rem fuisse.

Error Scaligeri.

At Scaliger Nicænum Concilium anno Christi cccxxv. coeptum triennio fere celebratum scribit, & anno cccxxviii. dimissum, quando & Vicennialia Constantini data sunt. cujus annum primum constituit eum, qui est Christi cccxxviii. Atque ut prioribus illis, qui anno cccxxviii. tempus Concilii definiebant, opportunitas illa placuit aurei numeri primi in annum à celebrato Concilio proximum incidentis: ita Scaligerum So-

laris cycli commoditas juvit; cujus primus annus in Christi cccxxviii. cadit. Neque verò primus hoc de trienniali Concilio commentus est Scaliger. Sed & antea Græculis quibusdam in mentem venerat: quos Baronius citat, & in Actis Metrophanis, & Alexandri apud Photium N. ccvii. idem legitur. At ille falsissimè sententiæ nova erroris adstruxit argumenta; dum Constantini primordium anno Christi tribuens cccxxviii. Olympiadem cccxxxi. à Socrate conceptam ad lustrâ nescio quæ Juliana detorquet. Hoc verò commentum superioribus capitibus, in quibus de Constantii Chlorig, ejusque filii Constantini epocha disputatum est, profusus obtrivimus.

Nihil ergo verius est, quam quod vulgò ferè apud eruditos obtinuit; Nicænum Synodum anno Christi cccxxv. celebratam Paulino, & Juliano Coss. ut Inscriptio ipsa testatur Græcis præfixa Canonibus, quæ & anno Alexandri dcccxxvi. mense Dælio, ejusque xix. die, sive xiiii. Calend. Jul. convenisse, Patres asserit. Anni Alexandri, qui & Græcorum appellatur, initium sumunt ab anno Periodi Julianæ 4402. (uti supra cap. xli. lib. x. docuimus:) qui est trecentissimus duodecimus ante Christum. Addantur ergo anni 636. ad 4402. consurgit annus Periodi Julianæ 5037. de quo deductis annis 4713. relinquuntur annus cccxxiv. quo cepit ab Octobri, sive Hyperberetæo, sexcentissimus tricesimus sextus annus ab Alexandro, quæ est Seleucidarum epocha. At Dæsius mensis Symmacædonis, & in annis Græcorum Alexandreis, est idem cum Junio. Itaque sequenti anno, Christi cccxxv. Synodus Nicæna celebratur. Quod autem eodem anno terminata fuerit; neque ad cccxxviii. propagata, ex eo liquet, quod cum vicissimus annus imperii Constantini commodum in idem tempus incidisset, vicennialia post absolutam Synodam data fuisse scribit Eusebius lib. iiii. de Vita Constantini, cap. xxi. & lib. iv. cap. xlvii. nec non Sozomenus lib. i. cap. ult. Primus Constantini annus, ut supra demonstratum est, cepit anno cccv. Igitur vicissimus cadit in annum cccxxv.

Idatius in Fastis, Constantino vii. & Constantio Casare Coss. occisum dicit esse Crispum, & vicennialia Romæ à Constantino edita. Hic est annus Christi cccxxvi. Eusebius autem in fine Chronici anno Abrahæ mccccxlii. Olympiadi cclxxvi. anno secundo, Constantini xx. Vicennialia, inquit, Constantini Nicomediæ facta, & sequenti anno Roma edita. Ergo vicennialia priora, quæ in Afæ civitatibus, Nicomediæ videbant, ac Nicææ celebrata sunt, competunt in annum cccxxv. Apud eundem Eusebium Crispi nex in quibusdam editionibus ad Constantini xix. adscribitur: ut in vetustissimis Chronici membranarum tribus reperi, quæ sunt penes P. Sirmondum, ubi & Olympiadi cclxxvi. primus annus apponitur, in aliis ad xx. quod & Pontacæ amplexus est. Labente itaque, vel finito vicissimo anno Crispus occisus est, anno cccxxvi. ut redè notatur ab Idatio; anno nono itidem corrente, ex quo Casar à patre creatus est. quod Gallicano & Basso Coss. Idatius factum refert Calend. Martis, anno scilicet cccxxviii. anno Constantini xxi. At Scaliger Vicennialia Constantini Nicomedienses anticipasse uno anno putat; Romanos vero ritè celebrasse. Illos enim anno Christi cccxxvi. istos cccxxviii. peregrisse. Sed fallitur; ut jam omnibus constat quamvis & Onufrium, & Annalium Ecclesiasticorum conditorem imprimis redarguat, à quo fuerat meritò reprehensus.

Ceterum in Eusebiano Chronico ad annum xx. Constantini appositus est annus Christi cccxxix. in editione Pontaci: quod & ipse comprobat; imò adeo certum existimat; ut à nemine in dubium jure revocari debeat. Verum neque anni Christi ab Eusebio, aut ab Hieronymo, aut ab alio quopiam vetustiore ad Chronicon adjuncti sunt; ut idem Pontacæ docuit: unde nec in antiquis codicibus comparent, velut in Sirmondianis tribus; & longè probabilis est, cum vicissimo Constantini copulandum esse cccxxviii. annum. Ita biennio Pontacæ aberrasse: ac meliorem hæc ex parte Scaligerianam editionem videri. Hujus porò varietatis

\* Gelasius Cyzicenus apud Photium, ab anno xv. Constantini, usque ad annum xx. annis sex durasse voluit, Cod. lxxxviii. Peragunt.

varietatis ea causa contigit, quod anni Christi in editione Pontaci uno anno primum anticipantur. Nam ad annum Abrahæ mxxxv. Olymp. cxciv. tertium, Augusti xlii. quo natus est Dominus, primus apud Pontacum Christi ponitur annus. Rectius in Scaligeriana cum sequenti conjungitur. Siquidem æra Christi post eum annum, quo natus est Christus, inchoatur. Deinceps ergo uno anno tardior est editio Scaligeri. Postea Caracallæ vii. solidos annos Chronici series Pontacæa tribuit; Scaligeriana vi. Dempto igitur anno uno, biennio tardius incipit esse Scaligerianum Chronicon in annis Christi. Deinde alius annus eximitur in Scaligeriano codice, qui apud Pontacum Tacito peculiaris conceditur. Quare triennio Scaligeriana editio tardior est; ut exempli causâ Probi primus annus sit Scaligeri, cclxxvii. Pontaco vero cclxxx. Sed rursus ad biennium metachronismus redit. Quippe Caro & Numeriano triennium Scaligeri codex; Pontaci non plures duobus annis imputat. Quod discrimen deinceps constanter manet. Unde postremus annus Eusebii Chronici, qui est Constantini xx. numeratur in editione Pontaci cccxxix. in Scaligeriana, cccxxvii. Quamquam veteres membræne, quas modò laudavimus, cum Pontaci editione faciunt.

Ex iis non solum varietatis in utraque Chronici editione ratio constat: sed ea quoque refelluntur argumenta, quibus Pontacæ ad ultimum illum annum Chronici probat cccxxix. annum ex auctoris mente esse scribendum. Sic enim disputat: In Præfatione testatur Hieronymus, A Tiberii quinto decimo usque ad xiv. Valentis numerari annos cccli. & proinde à Christo cccclxxxii. Quod si ab illis sexagesis lxi. annos, quos Hieronymi supplementum continet, supererunt anni cccxxix. absoluti. Verum in editione Scaligeri Tiberii xv. est Christi xxxix. in Pontacæ xxx. Valentis porò xiv. cum Christi cccclxxxix. copulatur à Scaligero: de quibus demptis lxi. supersunt cccxxvii. Ac si de cccclxxxix. detraxeris xxviii. qui decimum quintum Tiberii præcesserunt; reliqui erunt cccli. ut voluit Hieronymus. Ceterum Christi annos melius in Scaligeriano codice, quam in Pontacæno adnotatos esse, ex eo vincimus, quod æra Christi Eusebiana uno tantum anno communem ac Dionysianam antevyertat. Nam uno dumtaxat anno Christi natalem anticipat; dum natum illum facit anno lxi. Olympiadi cxciv. qui ex vulgaris æræ rationibus quarto natus esse debuit. Jam verò Valentis obitus, in quem Supplementum Hieronymi definit, convenit in annum communis æræ cccclxxxviii. Proinde ad Eusebii mentem numerandus est cccclxxxix. non cccclxxxii.

Diximus sæpè Eusebianos annos ab autumno Antiochenorum ac Syrorum more progredi; & primum annum Abrahæ ab autumno anni 2697. Periodi Julianæ incipere: quo fit ut additis annis 2696. ad annos Abrahæ, consequamur initium anni cujuslibet Eusebii in Juliana Periodo. Quocirca cum annus postremus Chronici sit Abrahæ 2394. secundum Scaligerum; Pontaco vero sit 2395. adjectis 2696. existet annus Periodi Julianæ in editione Scaligeri 5090. Christi 377. in Pontacæna, Periodi Julianæ 5091. Christi 378. Prius autem rationi consentaneum est. Si quidem annus 2394. Abrahæ iniiit ab autumno anni Christi 377. Quod & Olympiades ipsæ demonstrant. Nam apud Scaligerum & Pontacum cum anno xiv. Valentis, & ultimo Chronici copulatur annus secundus Olympiadi cclxxxix. hoc est Iphiti annus 154. quidem Elidensium more coeptus est à Solfitio anni Periodi Julianæ 5091. Eusebiano verò, ac Syromacedonum instituto, ab Autumno anni 5090. qui est Christi 377. Proinde satis est ad annum xiv. Valentis, annum Christi 379. Eusebiano adjici; qui sit Dionysianus 378. quam 381. qui est Dionysianus 380.

At enim in calce Chronici Eusebii; sive Hieronymiani Supplementi, ubi annorum summa colliguntur, anni dicuntur in toto Chronico contineri 2395. Sed appendix istanone est Hieronymi, (quamquam in membranarum extat;) & in editione Scaligeri prætermittitur. In uno verò Sirmondiano perveterè ad ea verba, quibus Valentis obitus in Chronico describitur: *Lactyniæ bise bellum in Thracia*; &c. annus Valentis xv. adscriptus erat; cum in reliquis non ultra xiv. numerus excurrat. Quare librarius ille, vel quicumque demum philologus æras in calce Operis subduxit, uno anno

Chronici seriem auctiorem habuit; ut xv. Valentis annus apponeretur. Ac decimum sanè quintum imperii annum Valens inchoavit. Nam anno Christi cccclxiv. cepit Calend. Aprilis, ut Onufrius tradit, & cccclxxviii. perit, v. Eid. Augusti. Imperavit, eodem putante, annos solidos xiv. menses iv. dies xlii. Hoc in animo fortassis habuit appendicis auctor. Verum quoniam Eusebius, & Hieronymus Principum annos ita describere solent, ut singulorum initia non ab eo anno, quo primum inaugurati sunt, quique sæpius inchoatus est, sed à sequentis exordio sumant; atque exempli causâ Valentis primus annus non ab eo procedat, quo Jovianus est mortuus; sed à sequenti: ideo rectius annus Valentis ultimus decimus quartus habeatur, quam quintus decimus. Igitur ultimus annus Eusebii est Abrahæ 2342. ut in vetustissimo Sirmondiano reperi; non 2343. eique Christi annus adjungendus fuit cccxxvii. hoc est Dionysianus cccxxvi. Additis porò lxi. annis Hieronymiani Supplementi, postremus annus erit Abrahæ 2394. Christi cccclxxxix. qui est Dionysianus cccclxxxviii. Nam uno, uti diximus, anno æra Christi Eusebiana vulgarem antecedit.

Concludamus hæc de Nicæni Concilii tempore diatribam, & pro certo illud habeamus; celebratum id fuisse anno Christi cccxxv. Constantini anno xx. Sylvestro Pontifice; non, ut Sozomenus lib. i. cap. xvi. Julio. qui est error manifestus. Neque verò sic excusari potest, uti magno viro venit in mentem, quasi Sozomenus scripserit: *παλιός ἢ ὁ νῦν αἰώνιος ἡμετέρος ἀπολιμπανέτος*, pro quo Γάλλοι à librario sit expressum. Id enim consuetudo Græci sermonis, & ἀσυνήθια respuit; ut *παλιός* simpliciter, abruptèque ponatur.

CAPUT XLIV.

De Encænis, & conditu novæ Romæ, sive Constantinopoleos.

NON dubia est epocha nobilissima urbis, quam à Severo dirutam, & in vici formam redactam Constantinus instauravit, in eaque sedem imperii statuit. Id enim accidit anno illo, qui Gallicano, & Symmacho Coss. in Fastis notatur. Teltis est Idatius in Fastis, qui ad hos Coss. ita scribit: *Hic Coss. dedicata est Constantinopolis, die v. Idus Maias.* addit æram cccclviii. Chronicon Alexandrinum ad eodem Coss. refert: *Ἐτος πρὸς εἰς ἑξῆς ἀναλήψεως ἡ κυρίας, ἡ καὶ τῆς ἰαυτῆς βασιλείας, Κωνσταντίνου ὁ δὲ στέβεται ὁ πατὴρ Κωνσταντίνου νέου Ἀργύρου, ἡ Κωνσταντίνου, ἡ Κωνσταντίνου Κωνσταντίνου πάλιν μετὰ τὴν λαμπρὴν καὶ δὲ δαίμονα κτίσας, συγκλητῶν τε πρῶτος, Κωνσταντίνου πάλιν κτίσας, σὺν πάντεσσι εἰδὼς Μαίαν ἡμέρας δέκα καὶ ἑξομιάδων Ἰνδικῶν ὁ ἔτος, &c.* Anno ccccl. post assumptum in caelum Dominum, xxv. imperii ipsius, Constantinus religiosissimus Constantini junioris Augusti, & Constantii, atque Constantis Casarum pater, urbem maximam illustrem, & beatam condidit, senatu illustravit, & Constantinopolim appellavit v. Eid. Maias, feria ii. Indictione iiii. Idem characteris sunt apud Cedrenum. Addit postea Chronicon annum Urbis conditæ fuisse mxxx. Sed revera melissimus octogessimus tertius erat Varroniani computi. Hic igitur anno absoluta est Urbis edificatio, quæ biennio antè cepta fuerat, ut idem Chronicon ait, Januario, & Justo Coss. At Codinus lib. de Constantinopoli, novem omnino mensibus post facta fundamenta, perfectam urbem, ac dedicatam asserit: *τῷ πανταρχιερω ἑκτακοσίου τετρακοσίου ἑξομιάδων ἡμέρας ἑξήκοντα ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἑξήκοντα, ἡ ἡμέρα πεντήκοντα, ἡντὸς ἡλίου εἰς τὸ ἑξῆς ἑβδομῆς ἀποσκηπὶς ἡ καρκίον, τῷ πρώτῳ ἡμέρας ἑξήκοντα ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα ἑξήκοντα ἑξήκοντα ἑξήκοντα τὸς ἡμετέρας, &c.* Anno mundi v. mccccxxxviii. Septembris mense, die iv. cum Sol in Sagittarii signo versaretur, Horoscopante Cancro, primo anno cclxxv. Olympiadi, facta sunt fundamenta. Hæc sunt absurdissima. Septembris iv. Sol in Sagittario versari qui potuit? Sed primum certa de Urbis initio constituenda sententia; tum quæ falso nonnullis ab auctoribus prodita sunt, ad amissam veritatem exiguntur.

Anno itaque Christi cccxxx. cyclo Solis iiii. Lunæ viii. Indictione iiii. Constantinopoleos encenia celebrata sunt, xi. Maii. De die consentium omnes; isque in Menologio Græcorum adscriptus est. De anno

CAPUT XLV.

confirmat Idarius, & Alexandrinum Chronicon. Hoc enim anno Coss. ii. facere, quibus Urbem conditam asseverant. Sed & character diei in Alexandrino Chronico notatus, cum Indictione ita persuadent. Nam & feria 11. in xi. Maii anno Christi cccxxx. cecidit, & Indictio 111. Factum id labente anno Constantini xxiv. si ejus initium ab anno Christi cccvi. ducatur, die viii. Kalend. Augusti ut Idarius scripsit, tertio circiter mense ante ineuntem xxv. In Eusebiano Chronico ex editione Scaligeri ad annum Abraami mcccxlvi. ista leguntur: Constantinopolis dedicatur, pene omnium urbium nuditate. Cui quidem anno Christi trecentesimo trigesimo primo adscribitur ex ratione illa Eusebiana prochronismi, quam supra memoravi, Olympiadis vero cccxxvii. annus 11. At Pontacus hac Hieronymi verba ponit anno Abraami mcccxlvi. Christi cccxxxiv. Olympiadis cccxxvii. anno iv. Constantini xxv. Melius editio Scaligeri. Nam anno Christi cccxxx. innotuit annus 11. Olympiadis cccxxvii. qui ex Syromacedonum usu cepit ab Autumno anni cccxxix. una cum anno Abraami 2346.

Græcorum computatio varia.

Græci mundi annos Christi quævariè computant, dum Encania Constantini referunt. Theophanes annum mundi 5816. Christi cccxvi. quem ipsum esse scribit, quo Nicæna Synodus est absoluta. cui & Nicephorus assentitur lib. viii. cap. xxvi. Sed Theophanes Constantini xxxii. annum illum facit; Nicephorus xx. ut & Cedrenus. At Codinus annum Constantini xxxi. Tam autem hic, quam Zonaras & Cedrenus, annum ab orbis condito putant 5838. De multiplici Græcorum computo vide quæ lib. ix. explicavimus. Quam hoc loco tertio vidi fecuti sunt, ea est quam Alexandrinam aliqui vocant; cujus in annum 5509. vulgaris ac Dionysianus Christi natalis incidit: cum Græcorum opinio sit 5507. Quare detractis annis 5509. reliquetur annus Dionysianæ æræ 329. à Natali vero Græcorum 331. quo dedicata Constantinopolis est. At Theophanes alteram computandi rationem adhibet: secundum quam Natalis Dionysianus convenit anno mundi 5493. Græcorum vero sententia 5500. Quare ex illius calculo encania Constantinopolis, aut ejus fundatio cadent in annum æræ communis 323. Apud Suidam in voce Κωνσταντινῆς πόλις anni ab Augusti Cæsaris monarchia ad Constantinopolim fundatam cccix. intercessisse feruntur: quod de inchoatis annis, non vertentibus accipe; si ab anno primo Actiaco repetatur exordium. Hic enim incurrit in annum Urbis dcccxi. Periodi Julianæ 4684. à quo trecentesimo tricesimo est annus ipse fundate Constantinopolis.

Onuphrii error.

Cassigandus vero ex iis omnibus est Onuphrius, qui Basilio & Ablabio Coss. id est anno Christi cccxxx. conditam esse Constantinopolim scribit in Fastis. quod perperam ex Marcellini Comitibus auctoritate colligit. Hic enim Mavortio solo Coss. Indict. v. scribit anno regni Urbis condita cxcvii. Justinianum Imperatorem à Justino factum esse Kalend. Aprilis. Est hic annus Christi dxxxvii. quo Indictio v. fuit. Porro Kalend. Aprilis labebatur annus à fundata Constantinopoli cxcvii. & xi. Maii sequentis innotuit annus cxcvii. Quare cum annus cxcvii. cœperit Indict. v. necesse est primum innotuisse Indict. 111. adeoque anno cccxxx. non cccxxxi. Alius ejusdem alioquin eruditi Faistorum conditoris error, quod Byzantium primum asserit à Lacedæmonis Paulania duce conditum. Hoc falsum est. Diu enim ante Paulaniam condita fuit; ut ad Themistii Orat. vi. olim observavimus.

Cassiodorus denique perperam Pacatiano & Hilario Coss. Byzantio nomen à Constantino inditum scribit. Quod par Coss. à vicennialibus quintum esse putat Scaliger lib. v. de Emend. cap. de Encaniis Constantinopolis. Sed errat. Constantinus vicennialia bis dedit. Primum in Oriente Paulino, & Juliano Coss. hoc est anno ipso Nicæni Concilii. Euseb. lib. 111. de ejus vita. Deinde Romæ anno sequenti, Coss. ipso Constantino vii. & Constantio Cæsare; ut testatur Idarius. At Pacatiani & Hilarii Consulatus à prioribus octavus est inclusis utrisque, à posterioribus, septimus.

De Constantini M. obitu, & initio Constantii, deque Solis defectionibus variis, quæ hoc imperante contigerunt.

CONSULIBUS Feliciano, atque Titiano mortuum esse \* Constantinum testes sunt veteres: Socrates in calce lib. i. qui & xi. Kalend. Jun. id accidisse refert, anno secundo cclxxxviii. Olympiadis, vixisse vero annos lxxv. regnasse xxxi. Subscribit & Sozom. lib. 11. cap. xxxii. vita & imperii totidem annos tribuens. Idarius in Fastis, Feliciano & Titiano Coss. Constantinus, inquit, Augustus ad caelestia regna ablatas est xi. Kalend. Junias, & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti, Constantinus, & Constantius, & Constantus v. Eid. Septembris. Chronicon Alexandrinum iisdem Coss. obiisse perhibet; Maii xxii. five xi. Kalend. Junias, ipso die Pentecostes. quod & Eusebius lib. iv. de Vita Constantini cap. lxiv. memorie prodidit. Convenit tempus anno Christi cccxxxvii. Cyclo Solis. lit. B. Lunæ xv. quo Pascha contigit Aprilis 111. Pentecoste Maii xxii. Imperavit igitur annos plures quam xxxix. & menses viii. quot imputavit Scaliger, quem in epocha Constantini multum fugit ratio: uti supra docuimus. Quare xxxii. falem attingit.

Supplementum Hieronymi Tricennialia Constantii anno antequam obire data memorat. Idarius vero bienniali, Coss. Constantio, Albino: Rectius quidem: uti Tricennialia competunt in annum cccxxxv. ex quo consequens fit anno cccvi. aut etiam cccv. Constantinum inivisse. In quo frustra consistatur Scaliger.

Paullo vero ante mortem baptizatum esse Constantinum veteres affirmant: Eusebius lib. iv. de vita Constantini, Hieronymus in Chronico, Ambrosius Orat. in funere Theod. quibus Socrates, Theodor. Sozomenus, & Chronicon Alexandrinum & alii multi suffragatores accedunt. qui & ab Arianiis, eorumque signifero Nicomediensi Eusebio baptizatum referunt. At ex adverso conditor Annalium Ecclesiasticorum pugnat Actorum Silvestri auctoritate fretus: cui & Theophanes patrociniat; ex eo demonstrans Constantinum Nicæni Concilii tempore baptizatum fuisse, quod aliqui catechumenus medio in Episcoporum consessu locum nullum habuisset. Sed eam disceptare litem alterius est instituti.

Quamobrem Constantii Imperatoris initium, quod commune cum fratribus habuit, confugit ab anno Christi cccxxxvii. Quod ex observatione caelestis colligitur; cujus in Supplemento meminit Hieronymus ad annum Eusebii mcccxliv. Constantii x. Sic enim refert. Solis facta defectio. Theophanes quoque ad annum Constantii x. τῆς δ' αὐτῆς, inquit, τῆς ἐλευθέρου ἡλίου ἰσχύου, ὅτε ἂν ἀπέσπερθε φανήσῃ ἐν τῷ ὄρει, ἐν ὄρει γ' ἢ ἡμίσει, ἢ μὲν δαυτῆς εἶ. Eodem anno defectio Solis accidit: adeo ut stella apparuerit in caelo, hora diei tertia, Dasia mensis (is est Junius) die sexto. Eadem & Cedrenus habet. Rursus Theophanes anno sequenti, quem xi. Constantii numerat; τῆς δ' αὐτῆς τῆς ἡμέρας πάλιν αὐρομένης γέγονεν ἐν ὄρει β' ἢ καὶ ἐλαίς ἡμέρας. Hoc anno Sol rursus squallidior apparuit hora secunda diei Dominica.

Prior illa Solis defectio Junii vi. die contigit, anno Christi cccxvi. aureo numero v. cyclo Solis xix. littera E. Novilunium verum ex Parisinis tabulis contigit hora 6, 41', 50". tempore physico, Constantinopoli. Apparens vero sub horam 5, 31'. Sole in gradu 14, 48'. Geminorum posito. Fuit eclipsis illa digitorum 7, 36'. Initium ejus hora post mediam noctem 4, 44'. quadrante circiter uno post Solis ortum, qui per id tempus hora 4, 28'. oritur. Finis eclipsis hora 6, 18'. Tenuit horam 1, 34'. Quare neque totus Sol defecit; neque hora diei tertia maxima illius obscuratio contigit, sed secundâ; quâ & defuit. Tametsi vera conjunctio in horam diei tertiam incidit.

Anno

\* Libanius Oratione funebri Juliani Tom. 11. pag. 253. Constantinum ait quadraginta annos imperasse, oratorio more, hunc enim

intelligo sub Salmonei nomine. Petruvius. Addebat hinc Petruvius in suo exemplari Ariminense Concilium.

Anno sequente, cyclo Lunæ vi. littera Domin. D. Solis altera defectio contigit, Octobris xx. feria 111. Novilunium verum, ex Parisinis tabulis, incidit hora 15, 44'. à media nocte, Romæ. Apparens autem hora 16, 22'. Initium defectionis hora 15, 25'. finis, hora 17, 15'. scrupulis 5'. circiter ante Solem occasum, qui hora 17, 20'. infra horizontem in illo situ mergitur. Duravit itaque horam 1, 50'. apparente motu; fuitque digitorum ferme septem. Sol vero motu in gradu libræ 27, 28'. versabatur. De hac eclipsi Theophanes intelligi non potest, cum anno sequente scribit Solem lurida specie esse conspectum, Dominica die. Sed nec ulla præter istam altera Solis defectio anno cccxvi. contigit. Quamvis enim Maii xxvi. Novilunium medium eclipticum videatur: (quod Romæ factum est hora 8, 2', 18". à media nocte. Latitudinis porro motum habuit Signorum 0, 15, 10', 6".) tamen neque apparens Novilunium Romæ prospici potuit: (quod quidem hora post meridiem 8, 6'. contigerit, hora 1, 35'. post verum, quod incidit in horam 6, 31'. Sol autem cum in gradu Geminorum 4, 32'. versaretur, occidit hora 7, 23'. post meridiem;) neque motus latitudinis tempore apparentis eclipticus fuit. Erat enim signorum 0, 18, 12', 55".

Verum anno cccxvii. cyclo Lunæ vii. Solis xxi. littera C.B. illa ipsa sine dubio incidit eclipsis, quam Theophanes observat Dominica die hora diei secunda contigisse. Hoc enim anno Octobris ix. feria 1. defecisse Solem animadvertimus. Novilunium verum ex Parisinis tabulis in urbe Constantinopoli accidit hora 9, 5'. post mediam noctem, physico tempore. Apparens autem hora 7, 31'. Initium eclipsis hora 6, 36'. paullo post ortum Solis: qui hora 6, 24'. oritur in illo situ. Finis defectionis hora 8, 33'. Duravit horam 1, 55'. apparente motu. Summa ejus obscuratio hora 7, 31'. hoc est hora diei secunda: ut scribit Theophanes. Fuit digitorum circiter 8. Ut vel hoc exemplo Parisinarum tabularum fides approbari possit.

Falsus est tamen in eo Theophanes, quod anno proximo post illum, quo Junii vi. Sol defecit, alterum illud deliquium Dominica die hora secunda commissum esse dixerit. Hoc enim posterius tertio à priore anno accidisse videmus. Sanè Cassiodorus in Chronico, Philippo & Saltea Coss. Solis defectionem esse factam memorie prodidit. Qui quidem Coss. anno Christi cccxviii. tribuntur. De hac igitur Solis eclipsi loquitur: quam Marianus Limeno & Eone Coss. notat; & anno Christi cccxviii. Sed Coss. isti ad annum pertinent cccxix.

Sed mendosè Marianus xviii. Kalend. Januarii Solem defecisse scribit; quod est falsissimum. Nec minus absurda Mercatoris opinio: qui anno Christi cccxviii. octavo Kalend. Januarii eandem defectionem Solis assignat. Atqui hoc ipso anno, cyclo Lunæ vi. Novilunium medium Decembris xix. die ineunte contigit, ex Parisinis tabulis. Quinetiam ad xviii. Decembris adscriptus est aureus numerus vi. ad octavum verò Kal. Januarii aureus numerus xix. Unde perspicua est hallucinatio: quæ multo magis ex ea Solis eclipsi patet, quam eodem anno Octobris xx. contigisse demonstravimus.

At Scaliger tum lib. v. de Emend. tum in Animadv. ad annum mcccclxiii. vehementius impigit. Illic enim Cedrenum arguit, quod anno x. Constantii scripserit Solem defecisse Junii vi. Nam quamvis, inquit, ea die conjunctio fuit luminarium, tamen neque latitudinis lunaris anomaliam, neque eclipsis illa, de qua jam locuti sumus; (nimirum, quæ anno sequente, Octobris xx. commissa est;) hoc patitur: cum à vi. Junii anni cccxvi. ad xx. Octobris anni cccxvii. intersit tantum syzygie xvi. Hæc cum lib. v. de Emendatione scripserit, in Animadversionibus Eusebianis postea castigare voluit; sed partim in eodem cœno implicatus hæsit: partim etiam novo errore cumulavit. Nam ad Eusebii verba illa anno x. Constantii Imperatoris adscripta: Solis facta defectio: Cedrenum sequitur; ac Junii vi. hanc defectionem attribuit, annoque Christi cccxvi. & Euseb. mcccclxiii. Ideo metachronismum unius anni ab Eusebio commissum putat. Corrigendum (ait paullo post) quod scripsimus in libris de Emendatione Temporum, eam eclipsin contigisse anno sequenti, Octobris xx. Nam falsum est omnino. Neque verò noster error est: sed Marianus Scoti, quem avers-

nas sequi sumus, qui falsò collocat istam eclipsin xx. Octobris anni cccxvii. in quo nulla defectio solaris contingere potuit, latitudine lunari repugnante. Propterea si anno cccxvi. Sol defecit vi. Junii, ab ea die ad diem xx. Octobris anno sequenti, sunt syzygie xvi. quod intervallum est aversæ. Potius contigisset mense Decembri, siquidem ulla contingere debuisset. Hic verò Theramenis, quod aiunt, cothurnum observare licet. Iisdem enim argumentis priorem, Sol vero motu in gradu libræ opinionem redarguit in Animadv. quibus eam, quam hic amplectitur, illic refellendam putaverat. Quippe Junii vi. anni cccxvi. negabat ideo defecisse Solem, quod anno sequenti, Octobris xx. defecisset. At in Animadv. negat Octobris xx. defecisse, quia Junii vi. defecerit. Utrobique verò sic aberrat, ut qui homini huic æquissimus esse velit, tum cum ista feriberet, quid ageret necesse fateatur. Uno verbo; triplex Solis defectio annis totidem accidit, nimirum cccxvi. cccxlvii. & cccxlviii. Prima Junii vi. secunda Octobris xx. tertia Octobris ix. ut ex iis constat, quæ paullo ante diximus, & singularum descriptio suo loco plenius ostendet. Quin & Buntinghus secundam ex Prutenicis tabulis accuratissime delineavit, ejusque calculi non multum à nostris diffident. Motus verus latitudinis apud illum est Signorum 5, 16, 53', 29". Nobis est 5, 17, 9', 48". Latitudo Lunæ illi est 67', 58". nobis 66', 13". Parallaxim denique latitudinis invenit ille 53', 42". nos 54'. qua deducta de latitudine, reliqua sunt 12'. quæ est apparens latitudo, & quidem ecliptica. Porro intervallum ab apparenti conjunctione Junii vi. hora 5, 31'. anni cccxvi. ad apparentem Octobris xx. hora 16, 22'. anni cccxlvii. est dierum 501, 10, 51'. quæ sunt syzygiæ lunares xvii. quod sanè intervallum est aversæ. Denique quod subjicit, Decembri potius mense futuram eclipsim, si quæ contingere debuisset; non minus est absurdum. Siquidem anno cccxvii. Decembri media conjunctio incidit in diem xix. hora 0, 21'. post noctem mediam. Motus latitudinis medius Signorum 7, 19, 52'. aversæ. Non erat sanè cur nos ad accuratissimam observationem Scaligeri lib. v. de Emendatione Temporum, vir bonus allegaret, ut de hac eclipsi certi quid haberemus. Nam fœdissimè & hic, & in Animadv. omnia conturbat.

De Hieronymo, uti breviter absolvam; cum hic Eusebiano more Imperatorum annos non ab eo, quo imperare cœperunt, sed ab insequente potius ordiatur, & in quibusdam exemplaribus ad annum Abraami mcccclxiii. Constantii x. adscripta sit eclipsis illa mentio: nec non ad annum Christi cccxviii. qui est communis æræ cccxvii. ut in editione Scaligeri: verissimilius est secundam Solis defectionem ab eo significari, quæ Octobris xx. contigit, anno Constantii xi. Christi cccxviii. At in editione Pontaci eclipsis eadem apponitur anno Constantii xi. sed Abraami mcccclxvi. Hic annus ab Octobri cœpit anni Christi cccxviii. Quocirca solare deliquium ab Hieronymo proditum tertium illud erit, cujus Theophanes meminit; quod Octobris ix. accidit, feria 1. Nam & majus antecedentibus duobus exstitit. Nos Eusebiano Chronico vetustissima exemplaria tria consulimus. quorum in uno reperimus ad annum xi. Constantii, & quartum Olymp. cccxxxii. Solis defectionem adnotatam. In ceteris ad Constantii x. & tertium Olymp. cccxxxii. Crediderim omnium optimam esse lectionem, quæ ad Olymp. cccxxxii. annum iv. Abraami adscribit annum mcccclxvi. Constantii xi. qui etiam annus in Pontaci editione ponitur. Sed adjungitur annus i. Olymp. cccxxxii. Antius Constantii xi. apud Hieronymum revera duodecimus est. In eum verò à nobis inventa Solis defectio cadit, anno Christi cccxviii. Octobris ix.

Sed alia est ejusdem Constantii epochæ longè prior. IV. Solis illis nota certior ex solari itidem deliquio, quod ceteris majus horribilisque conspectum est Constantio x. Juliano 111. Coss. Hoc Ammianus initio lib. xx. descriptit; & ejus occasione desiderium defectione disputat. Eodem, inquit, tempore per Eos tractus caelum subæstrum caliginis cernebatur obscura, & à primo aurora exortu usque ad meridiem intermicabant jugiter bella. hujusque terroribus accedebat, quod cum lux caelestis operiretur, è mundi conspectu penitus luce abrepta, defecisse duntaxat Solem parvula mentes hominum estimabant: primò attenuatum in Luna, corticulis effigiem, deinde in speciem auctum semestrem postea-

postea-